



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

36. Quemadmodum probos &c. Decretum super dubio, an Minoribus  
Observantibus Sancti Francisci liceat in eorum Ecclesiis retinere Capsulas  
pro eleemosynis Missarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

1708.

1708.

X. An possint in propriâ Ecclesiâ Mulieres post partum benedicere , & ad Purificationem admittere ?

XI. An vocati possint se conferre ad benedictam Febrem cum Reliquiâ S. Alberti ?

XII. An vocati ad associandum Defunctorum Cadavera prius convenire debeant ad Ecclesiam Parochialeum cum eorum Cruce , & deinde se conferre ad Domum Defuncti , & quatenus negativerè .

XIII. An ad eundem effectum sub qua Cruce , & in quo loco dicti Patres expectare debeant Parochum , & alios exequis intervenientes ?

XIV. An possint dare signum , & celebrare Missam in diebus festivis eodem tempore , antequam detur signum , & celebretur Missa Parochialis ?

XI. An prepositus habeat Ius interveniendi in redditionibus rationum faciendi per Confraternitates Laicorum in Ecclesiâ dd. Patrum erectas ?

XVI. An eisdem Patribus Carmelitis liceat Processiones facere extrâ propria Claustra , seu distractum , & intra limites Parochie , invito Parochio ? Et quatenus negativerè .

XVII. An eisdem Patribus liceat extra propria Claustra , seu distractum per loca confusa facere Procescionem Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo occasione sue Festivitatis , petitâ tam licentiâ à Parochio , licet non obtenta ?

XVIII. An Patres suspenſi sint reintegrandi ad audiendas Confessiones Sacramentales in causa &c.

Diebus 19. Maii , & 9. Junii 1708. Sac. Congregatio Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesie Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.

#### R E S P O N D I T

Ad primum : Negativè .

Ad secundum : Negativè .

Ad tertium : Affirmativè , sive per Nuncium , sive per Schedulam .

Ad quartum : Affirmativè .

Ad quintum : Negativè .

Ad sextum : Negativè .

Ad septimum : Negativè .

Ad octavum : Posse , cum licentiâ tamen Parochi , & amplius non proponi mandavit .

Ad nonum : Affirmativè ad formam Constitutionis Clementis X .

Ad decimum : Affirmativè .

Ad undecimum : Affirmativè .

Ad duodecimum , &

Ad decimum-tertium : In casu , de quo agitur , posse convenire etiam in Ecclesia viciniori Domui Defuncti , & in Tumulatione Cadaveris sub unica Cruce Ecclesiae tumulantis .

Ad decimum-quartum : Affirmativè .

Ad decimum-quintum : Negativè .

Ad decimum-sextum : Negativè .

Ad decimum-septimum : Affirmativè .

Ad decimum-octavum : Affirmativè .

B. Card. Panciaticus Praefectus .

V. Petri Secretarius .

#### D E C R E T U M .

VI. Super dubio , an Minoribus Observantibus Sancti Francisci liceat in eorum Ecclesiis retinere Capsulas pro eleemosynis Missarum .

Quemadmodum probos decet Religiosos , cuperentes hujus Ordinis Patres non minus eo-

rum Regulæ puritatē custodire , præcipue circa paupertatis Votum tantoperè à Sancto Fundatore injunctum , quam Apostolicis iussis obtemperare , humillimè experierunt hujus S. C. oraculum super declaratione emergentis casus qui est hujusmodi . Urget ex una parte novissima Constitutio san. mem. Innocentii XII. super Celebratione Missarum , quæ incipit *Nuper* cum decreto *irritanti* , & clausula *sublata* , nec non cum derogatione expressâ omnium Constitutionum Apostolicarum , & Statutorum Ordinum ; tam Mendicantium , quam non Mendicantium , atque Conscriptudinum immemorabilium , quæ inter alia provida Decreta , demandat , retentionem Capsularum pro Missis celebrandis per hæc verba ; *Debent ulterius Regulares prædicti , omnes , & quaecunque elemosynas , tum manualia , tum perpetuaria , & temporalia Missarum reponere in Capsa particulari sub duabus Clavis , quarum una penes Superiorum Localem , altera vero penes alium à Capitulo Conventuali deputandam retineatur , ac de eisdem elemosynis , & celebratione Missarum coram Patribus Discretis , seu Consiliariis , vel alio simili modo mutuatis , singulis mensibus districtam rationem exigere , & respective reddere .*

Obstat ex alia parte videntur hujusmodi Capsæ retentioni bina Decreta , alterum editum in Generali Congregatione Cismontane Familiae habitâ in Conventu Aracoeli Anno 1615. *relatum in Tom. 3. Orb. Seraph. pag. 613.* Alterum vero per eadem verba conceptum itidem in Generali Congregatione in eodem Conventu celebratâ Anno 1628. *coram cl. mem. Card. Gypsi à san. mem. Urbano VIII. specialiter delegato , recensitum quoque in Tom. 4. ejusdem Orb. Seraph. pag. 11.* quod , & pariter eorumdem verborum texturâ relatum reperitur post Constitutionem *Injunctionis nobis prælaudati Pontificis 49 in ordine Bell. Tom. 4. sub dat. 14. Junii 1628. , & publicatum die 15. ejusdem mensis , & anni , ibi : Capsæ , vel Trunci ad recipiendas elemosynas pecuniarias , etiam pro Missis oblatas , non solum ab Ecclesiâ , sed etiam à Sacrifici , & à quacunque parte , quæ sit intra Claustram Conventus , omnino prohibentur sub poena inobedientiæ , & excommunicationis majoris ; oblatas autem elemosynæ pro Missis nullo modo intrâ Claustram Conventus , aut intrâ Ecclesiâ , vel Sacrifici ab aliquo recipi permittantur , sed ad Syndicum Apostolicum offerent remittatur ; Quod si id grave illi fuerit , & voluerit Tertiario , vel Servitori Conventus tamquam Syndici substituto illam tradere , ut ad Syndicum ipsum ejus nomine deferatur , id fieri poterit , et tamen lege , ut intrâ Claustram Conventus , aut Ecclesiâ , nec Tertiarius , nec Servus illam recipiat , & Guardianus , qui contrarium permiserit , privetur Officio suo . Et ibidem infra . Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesiis , vel Sacrifici , aut alibi Cippos , aut Truncos ordinatos ad offendentium , seu donantium pecunias , nec Capsulas pro elemosynis Missarum .*

Infuper obstat videntur typis tradiâ Constitutiones editæ in Capitulo Generali celebrato in eodem Conventu Aracoelitano die 29. Maii 1700. Pro Cismontana familia , &c. ad propositionemnum. 1. pag. 30. ubi hæc habentur : *Ad propositionem factam in Discretorio Observantium an supplicari deberet 88. ut dispensare dignetur cum Observantibus in præcepto de retinendo Capsulas in Sacrifici pro recipiendas elemosynis pro Missis , prout insinuari videtur in Decretis , de Celebratione Missarum . Definitoriis Generale attenta dispositione Regulæ nosfra cap. 4. , ac Apostolicarum declarationum illius , aliorumque Pontificum Constitutionum præsertim Nicolai III. Exiit , Clem. V. Exiit , Pauli III. Exponi Nobis , die 30. Maii 1536. , Innocentii XI. Sollicitudo Pastoralis , Innocentii XII. Alias à felici ,*

nec

1708.

nec non Decreti Sac. Congregationis Consultationibus huius nostrae Familiae preposita, approbante Sanctissimo, sub Dat. die 4. Junii 1628. declarat ejusmodi Capsulas statui, ac Professioni Fratrum Minorum de Observantia esse repugnantes, & proinde Fratres nostros non comprehendendi sub praecerto hujusmodi de retinendis praedictis Capsulis in Sacrificiis, vel suis Conventibus, & si opus fuerit supplicetur SS. pro confirmatione huius declarationis per Officiales Familiae: Hanc autem Constitutionem legalitatem impugnat modernus V. Commissarius Generalis Familiae Cismontanæ, antumans eas fuisse efformatas proprio marte mox Defuncti P. Generalis Ordinis, circa consensum Generalis Capituli; Sed earum loco, hoc aliud exhibuit documentum. In Registro Curiae Aracelitanæ factò ab Anno 1700. usque ad Annum 1704. fol. 22. num. 7. inter alia sic legitur. Circa Capsulam pro conservatione eleemosynarum pro Missis celebrandis recipiendarum in Sacrificiis omnium Regularium, etiam Mendicantium cum amplissimis derogatoriis omnium in contraria quoniamdolibet disponentium a Sacra Congregatione Concilii in novissimis Decretis de Celebrazione Missarum obseruari mandatione cum circumstantis in ea materia dispositis, Discretorum Generale optat, ut supplicetur Sanctissimo pro dispensatione Observantium ab obligatione eas Capsulas retinendi; At Discretorium Generale rogat Reverendiss. P. Generalem, ut perpendit, mandet id fieri, & respedire supplicari, quod sibi melius in Domino, ac Ordinum utilius videbitur expedire.

Ancipites valde sunt Religiosi præfati Ordinis, utram in partem se dent super hujusmodi Capsularum retentione, exindeque in varias abierunt interpretationes, cum præjudiciali diffinitate regularis Instituti, utpote, qui Innocentianam Constitutionem servandam contendunt, Capsulas ad usum revocarunt, cæteri vero, qui supra relatis Ordinis statutis connotuntur, eadem abjecerunt; Propterè prænominationis V. Commissarius Generalis ad restituendam in hac parte debitam Regulæ uniformitatem, reverenter expediti ab EE. VV. declarationem, an sui Religiosi observant Regula D. Francisci comprehendantur sub primi dicta Constitutione Innocentianæ de Capsulis retinendis pro Missis celebrandis.

Eminentissimus Ordinis Protector informare desuper requisitus præallegatas dispositiones libando, non dubitat hosce Fratres Minores Observantes comprehendendi sub d. Constitutione Innocentianæ, eo quod illa specificè de Regularibus Mendicantibus loquatur, atque præmemo rata Religionis Statuta ex adverso recentita non obstat, subdit, attenta speciali eorumdem derogatione in eadem Innocentianæ contenta, quin, & ulterius Eminentiss. Relator allegando Indulatum san. mem. Gregorii XIII. permittentis usum hujus modi Capsularum in Sacrificiis dd. Fratrum, pro asservandis eleemosynis in dies oblatis, quod referuntur ab Auctore Orb. Seraph. tom. 3. pag. 382. col. 2. & pag. 446. col. 1. censem nullum se deprehendere inconveniens in earum usu quicunque tamen retineantur cum cautela, in locis non publicis, ne in apparentia offendatur paupertas, sed asservent Claves, apud Sindicum Apostolicum, & Superiorum localem respectivè, ad formam Constitutionis Innocentianæ, ut latius in ejusdem relatione per manus circumferenda. His itaque expensis emergit dubium sapientissime ab EE. VV. resolvendum.

An, & quomodo Minores Observantes valeant retinere Capsulas pro Missis celebrandis in causa &c.

Die 7. Julij 1708. Sacra Congregatio Eminentiss.

morum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit negative.

B. Card. Panciaticus Præf.

V. Petrus Secr.

### R E S O L U T I O.

Plurium dubiorum Oeconomicam administrationem Archiconfraternitatis Sancti Hieronymi Charitatis Urbis, & pia Opera, quæ ibidem exercentur, respicientium.

*Romanæ Operum Piorum.*

P Erlustrato per Eminentiss. Mariscottum jussu Sanctissimi Domini Nostri moderno statu omnium redditum, & onerum Archiconfraternitatis S. Hieronymi Charitatis Urbis, non levia detecta fuerunt inconvenientia, propter quæ locus iste indies deterior fieri videtur cum maximo præjudio Operum Piorum à Fundatoribus injunctorum, quorum exercitium haec tenus defuisse, & posthac planè defuturum noscitur: Ad reparandum itaque, quo fieri potest, æquiori modo id grave detrimentum, Officiales & Deputati ejusdem Loci humiliter preces eidem Sanctissimo porrexerunt ad hanc Sacram Congregationem remissas, hæc media defuper suggerentes.

I. Quod cum præfata Archiconfraternitas gravata sit ingenti ære alieno pertinente summam scutorum 92201. 48. ex eo proveniente, quod effectus, & reditus a piis Benefactoribus reliqui erogati olim fuerint, & annuatim erogentur in aliis Operibus, quam ab eisdem Benefactoribus præscriptis, itaut anno quolibet Exitus Introitio superet in scutis 3140. 15. Ac vice versa cum eadem Archiconfraternitas possideat Capitale liberum ad omni onere scutor. 41887. 94. ideoque supplicant pro facultate conver tendi, & applicandi hoc Capitale liberum in extinctionem præmemorati debiti.

II. Admissa hujusmodi petitæ applicatione, cum nulli alii superint dicto Loco Pio reditus pro solvendis annuis scutis 459. quæ requiruntur pro mercede Ministrorum incumbentium administrationi redditum, idcirco exorarunt pro facultate detrahendi singulis annis ex preventibus cuiuscumque hæreditatis, donationis, & legati ratam partem proportionabiliter usque ad constandam dictam summam annuorum scut. 459.

III. Cum haec tenus rationes omnium reddituum tam liberorum, quam oneribus obnoxiorum extierint sub confuso, ita ut aliquatenus deficitum fuerit ab adimplemento Operum Piorum à Testatoribus prescriptorum, quin & ulterius plus expensum fuerit in adimplendis aliquibus oneribus, quam essent reditus affignati, & vice versa detractum aliis oneribus, quorum reditus illis correspondebant, licet revera non alias, quam in piis & charitatibus operibus proveniens expensi fuerint: Cumque modò ex rerum involucro, & temporis antiquitate prædicti excessus, & defectus liquidari nequeant, ac nimis ardua dignoscatur singulorum ad singula reintergratio quinam adhuc omnibus liquidatis nulla quidem compensatio sequi potest ex notoria Archiconfraternitatis inopia, ideoque attenta eorum bona fide Oratores supplicant pro sanatione gestorum in præteritum, eorumque approbatione.

IV. Ad evitanda in posterum similia adsurda, rogant infuper pro reductione onerum Mis-

farum,

1708

V.